

IN SIGNIVM TYPOGRAPHICORVM

SECTIONE XIX. DESIGNATORVM
BREVIS DESCRIPTIO atque EXPLICATIO
FRIDERICI ROTH-SCHOLTZII.

INSIGNE I.

QVOD EST

HEREDVM TAVBERIANORVM.

In signe hoc et si jam alibi * vernacula nostra sit descriptum expositumque; placet tamen eandem explicationem sermone latino hic repetere: ita quidem, ut nec reliqua quae Sectione XIX. designata sunt, silentio praetereramus. Neque enim ab hoc loco alienum esse videtur, quibusdam speciminibus datis, ostendere, quemadmodum industria, vel mea, vel aliorum, in illustrandis hisce *Typographorum Librariumque notis & insignibus* versari deinceps queat. Hoc itaque insigne, quod diximus, *Heredum Tauberianorum*, adspicientium oculis subjicit Bibliothecam publicam patentem, omniumque usibus expositam, in qua Pallas sedens, dextra manu clypeum, sinistra lanceam tenet, projectis ad pedes ejus libris quibusdam atque Mathematicorum instrumentis, stanteque post clypeum expansis alis ulula. In sinistro latere Globus & circa eum tres pueri apparent, quorum unus Cir-

P

cu-

* Parte II. Icon. Bibliopolarum et Typographorum in Praefat. p. 9.